Gratz XI Maji 1849

Celeberrime Domine!

Hodie tandem Bluffii Compendium accepi, quod nec apud nos nec Viennae prostabat. Addo etiam Elenchum Cl. Ebel, cujus ego amplius non indigeo.
Gratias Tibi ago pro adnotationibus in catalogo factis. – Si quopiam modo Te in elaborando Tuo, omnibus Botanices cultoribus exoptatissimo, opere adjuvare liceret, lubentissimo animo faciam.
Per multos menses nullas a Bolterio accepi litteras, fortitam etiam politicis occupatus scientiam amabilem negligit!
Terrores belli civilis per totam nunc Europam flagrant, Pragae, Dresdae, Breslaviae et novae turbae exortae sunt.
Ego nunc tantum flora Austriaca occupor, 7 centurias plantarum exoticum a Siebero in Nova Hollandia, Aegypta, Creta,

Centurias 6 – spp. ex America australi lectarum venales habeo. Exemplaria omnia sunt bona et pulchra. Centuriam pro 8 fl. C.M. dabo, majori pretio ipse acquisivi. Si Tibi fortassis in Italia notus esset, qui emere vellet, benigne mihi notum facias.

Magno cum desiderio exspecto plantas Dalmaticas a Te benignissime promissas et rogo ut modo (cum pretio pro compendio 10 fl. C.M.) mittere velis. Si quae imposterum exoptabis, libentissime faciam. Finem faciens exopto ut opus Tuum praeclarum felix fortunatumque finiat!

Tibi

Devotissimus

Dr. Jos. Maly